



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

18. Decembris. 15. Cal. Januar.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**


460 ANNI CISTERCIENS.

Res sa-  
cras re-  
veren-  
ter tra-  
Etat.

rares, in cuius ingressu cùm pro more  
te aqua lustrali aspersurus, videres ma-  
nus tuas à labore fuliginosas, adeoque  
anxiè metueres, ne tali contactu aqua  
contaminaretur, quid agendum esset,  
vox cœlestis te docuit: Cor mundum à  
D E O respici, non manus. Doce me ut  
diligentia studere puritati cordis, ut tamen  
exteriorem non negligam: illudque sept  
revolvere, quod Mellifluus noster dicent  
solebas. Paupertatem amari semper, sor-  
des nunquam.

S. BERNARDUS, c. 19. de cont. mth.

Contē- Sane ut exercitij spiritualis & cura  
ptus exteri. cordis indicium evidens est contemp-  
orum tuus exteriorum, sic eorundem solicita-  
do certum est nihilominus signum  
mentis inulta: scriptum est enim: In  
desiderijs est omnis otiosus. [Eccl. 22.]



18. Decembris. 15. Cal. Januar.

Floruit B. PETRE, Generalis XI. Sacri Ordi-  
anno nis Cisterciensis, doctrinâ religio-  
1184. ne, ac prudentiâ inter clarissimos:  
quod Alexandro III. Concilium La-  
teranense celebrantegloriosè testatum  
fecisti. A Lucio deinde III. confirma-  
tione universalis Exemptionis impe-  
ratâ, ad

XVIII. DECEMBERIS. 461

tratâ, ad Sedem Episcopalem Atrebatensem vocatus, quam alii laudem reportant ex diuturno, tu ex brevi regimine tulisti. Frustrâ nempe multos in religione numeramus annos, si bonis operibus vacuos transegimus: de actionibus enim non de annis Deo reddenda est ratio.

B. WICBERTE Converse in Mo- <sup>Floruis</sup>  
nasterio Nazarethano: ad quod insig- <sup>circa</sup>  
nem Sanctimoniam parentem tuum, <sup>annum</sup>  
tam in susceptione religiosi habitus, <sup>1251.</sup>  
quam virtutum actibus strenue secu-  
tus, ab illo moriente audire meruisti,  
te de æterna felicitate certum esse cœ-  
lesti oraculo, quod paulo ante obitum  
cognooverat. In hoc mirabiliter Deus su-  
am nobis Bonitatem commendat, dum infi-  
nitos penè modos adhibet ad nos in sui a-  
morem attrahendos: minis absterret à ma-  
to: allicit beneficijs ad bonum: quam raro  
tamen sequimur vocantem!

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Propterea quater revocat animam, DEUS  
quans respicit dicens: Revertere, re- <sup>animā</sup>  
vertere, &c. [Cant. 6.] Quò videli- <sup>sapiens</sup>  
cet nec in peccandi consuetudine, nec in <sup>ad se</sup>  
conscientia peccatorum; sed nec in te-  
pore & torpore ingratitudinis, aut in <sup>vocat.</sup>  
elationis cecitate persistat.

V V 2 19. Decem-